



Einladung

zur

öffentlichen Prüfung

und

feierlichen Entlassung

im

hiesigen Gymnasium am 2^{ten} und 3^{ten} Julius,

und

zu den öffentlichen Prüfungen

in

der russischen Kreisschule am 3^{ten} Julius,
in der Domschule am 4^{ten} Julius,
und in der zweiten Kreis- oder Handelsschule
am 5^{ten} Julius.

Vorangeschickt ist:

Quaestionum Thucydidiarum specimen I.

Scriptit

Joannes Georgius Krohl,

phil. doct.

M i g a,

gedruckt in der Müllerschen Buchdruckerei.

1840.

ESTICA

A. 1951.

Der Druck ist unter den gesetzlichen Bedingungen gestattet.
Dorpat, den 4. Juni 1840.

ESTICA

M. v. Engelhardt,
Censor.

A. 1957.
Est.

Bibliotheca
Universitatis
Tartuensis
(Dorpatensis)

3278
3278

Quaestionum Thucydidiarum specimen I.

Thuc. III, 3. οἱ δὲ οὔτε ἐς τὸν Μολόεντα ἐξήλθον, τὰ τε ἄλλα τῶν τειχῶν καὶ λιμένων περὶ τὰ ἡμιτέλεστα φραζόμενοι ἐφύλασσον. ed. Popp.

Ducas tmesin statuens haec verba interpretatur: τὰ ἡμιτελῆ τῶν τειχῶν καὶ λιμένων περιφραζόμενοι, ἐφύλασσον ταῦτα. Verum jam Popp. observavit, miro modo, etiamsi interpretationem illam admiseris, τὰ ἄλλα τὰ ἡμιτέλεστα praepositione interposita divelli. Bauer. audacius quam verius verbis trajectis: φραζόμενοι τὰ ἄλλα τῶν τειχῶν καὶ λιμένων ἐφύλασσον περὶ τὰ ἡμιτέλεστα, vertit: „quum obsepsissent et firmassent alias partes murorum et portuum, custodiam agebant, praesidia disposita habebant, circa opera, munimenta inchoata, nondum perfecta.“ Haack. longe aliam interpretandi viam est ingressus, τὰ ἄλλα pro ἐς τὰ ἄλλα accipiendum esse ratus, ita ut genitivus τῶν τειχῶν καὶ λιμένων pendeat a verbis τὰ ἡμιτέλεστα. Φυλάσσειν propter praepositionem περὶ explicari vult φυλακᾶς ποιῆσθαι. Quam rationem Bloomf., Arn., Popp. ad φραζόμενοι pronomine αὐτὰ suppleto probant. At verba τὰ ἄλλα sic conversa cum prioribus non solum parum apte cohaerent, sed magnopere languent. Accusativus τὰ ἄλλα, unde genitivus τῶν τειχῶν καὶ λιμένων pendet, cum verbis φραζόμενοι ἐφύλασσον, quod est ἐφράξαντό τε καὶ ἐφύλασσον, videtur construendus esse, ita ut proximo loco ad participium φρ. pertineat, in verbo fuito autem sit subaudiendus. Verba περὶ τὰ ἡμιτέλεστα vero iis, quae antecedunt, explicationis causa adduntur, ut intelligatur, qualis reliqua murorum et portuum pars dicatur. Si enim Thuc. τὰ περὶ τὰ ἡμιτέλεστα scripsisset, non fuisset dubium, quomodo hic locus esset explicandus, dixit autem περὶ τὰ ἡμιτέλεστα, haec verba maxime cum participio φραζόμενοι conjungens. Sic igitur hunc locum reddo: „Illi autem neque in Maloentem exierunt, et reliquam partem murorum et portuum circa semipfecta munitam custodiebant.“ At quaerat aliquis, qua mente scriptor de reliqua parte murorum et portuum potuerit dicere, quum in iis, quae proximo loco antecedant, nihil de muris dixerit. Videtur autem Thuc., quum de murorum et portuum partibus, quae exstructae essent, et in quorum opere Mytilenaei tum maxime occuparentur, cogitaret, statim de muris et portibus nondum perfectis locutus esse, hanc ipsam reliquam murorum et portuum partem dicens.

III, 11. ὑποχειρίους δὲ ἔχοντες τοὺς πλείους, ἡμῖν δὲ ἀπὸ τοῦ ἴσου ὁμιλοῦντες, χαλεπώτερον εἰκότως ἐμελλον οἴσειν, καὶ πρὸς τὸ πλεῖον ἤδη εἶκον τοῦ ἡμετέρου ἐτιμόνου ἀντισουμένου, ἄλλως τε καὶ ὄσω δυνατώτεροι αὐτοὶ αὐτῶν ἐγίγνοντο, καὶ ἡμεῖς ἐρημότεροι.

Cum verba καὶ πρὸς τὸ πλεῖον ἤδη εἶκον post ea, quae modo antecesserant, pleonasmum molestum videantur efficere cumque Valla vertat: „jamque admodum processerunt“, Popp. in Obs. crit. lenissima mutatione ἦρον, quod et ipsum in uno cod. Par. legitur, legendum esse suspicatus est. Postea autem videtur sententiam suam mutasse, cum in his verbositatem quandam agnoscat. cf. Popp. I. 1. p. 204. Veram interpretationem hujus loci Haack. indicavit, praepositionem πρὸς in comparatione positam esse docens. cf. Matth. § 591. γ. et Goell. ind. verb. s. v. πρὸς. Nihilominus Goell. totum locum parum recte interpretatur, cum scribit: „Mox καὶ in verbis καὶ πρὸς τὸ πλεῖον εἶκον est *insuper*: während überdiess der größere Theil sich ihnen fügte.“ Quae vis particulae καὶ et rarius est concedenda et ab hoc loco aliena videtur esse. Equidem arbitror καὶ hoc loco habere vim intendendi, ut sit *adeo* (cf. Krüger. ad Dionys. p. 274.), totumque locum sic fere esse interpretandum: „Quum autem plerosque subegerint nobisque ex aequo utantur, eos aegrius passuros verisimile est, nostra civitate sola *adeo prae* majore parte jam cedente ipsis adhuc pari existente“. Hanc vim praepositioni πρὸς esse, quae ex primaria comparationis notione profiscatur, docet Passow. lex.

s. v. πρὸς. C. 3. d. Ne quis autem verba καὶ πρὸς τὸ πλεῖον ἤδη εἶκον, quum ὑποχειρίους ἔχοντες τοὺς πλείους praecedant, redundare putet, monendus est, causam indignationis, qua Athenienses vexari Mytilenaeorum legati opinantur, plenius his verbis additis afferri.

III, 12. Τίς οὖν αὕτη ἢ φιλία ἐγίνετο ἢ ἐλευθερία πιστή, ἐν ἣ παρὰ γνώμην ἀλλή-
λους ὑπεδεχόμεθα, καὶ οἱ μὲν ἡμᾶς ἐν τῷ πολέμῳ δεδιότες ἐθεράπευον, ἡμεῖς
δὲ ἐκείνους ἐν τῇ ἡσυχίᾳ τὸ αὐτὸ ἐποιοῦμεν.

Vulgo ἢ φιλία. Dind. ἢ φιλία legendum esse coniecit, quem Popp. et Bekk. secuti sunt. Popp. haec ita interpretatur: Was war diess also für eine Freundschaft. Goell. autem cum hac interpretatione πιστή non bene convenire putat, quum scriptor, dum quaerat, qualis fuerit haec amicitia vel libertas, non possit in ipsa interrogatione includere, quid fuerit, dicens ἐλευθερίαν πιστήν. Quae dubitatio nulla est, si verteris: „qualis igitur aut amicitia aut libertas firma erat haec, in qua etc.“ Poterat etiam scribi τοῦτο, ἐν ᾧ, verum pronomen demonstrativum οὗτος, articulo omissio, haud raro ita usurpatur, ut genere ad nomen, quod in praedicato legitur, pertineat. cf. Thuc. IV, 93. αὕτη μὲν Βοιωτῶν παρασκευὴ καὶ διάκοσμος ἦν. IV, 41. ὡς ἐς πατρίδα ταύτην. Brem. ad Lys. oratt. exc. II. in bibl. gr. Goth. Retenta lectione vulgata aliam interpretationis viam ingressus est Goell. distinguens: τίς οὖν αὕτη ἢ φιλία ἐγίνετο; ἢ ἐλευθερία, ἐν ἣ — Quae verborum distinctio non potest probari, cum enunciatum relativum et ad amicitiam et ad libertatem pertineat, illa distinctio autem admissa soli vocabulo ἐλευθερίας annectatur. At verba ἐν ἣ παρὰ γνώμην ἀλλήλους ὑπεδεχόμεθα potius ad amicitiam, quam ad libertatem sunt referenda.

III, 12. εἰ γὰρ δυνατοὶ ἦμεν ἐκ τοῦ ἕσου καὶ ἀντεπιβουλεύσαι, καὶ † ἀντιμελλῆσαι τι εἶδει ἡμᾶς ἐκ τοῦ ὁμοίου ἐπ' † ἐκείνοις εἶναι. ἐπ' ἐκείνους δὲ ὄντος αἰεὶ τοῦ ἐπιχειρεῖν, καὶ ἐφ' ἡμῖν εἶναι δεῖ τὸ προαμύνασθαι.

Ἀντιμελλῆσαι exhibent plures codices, vulgo autem legebatur ἀντεπιμελλῆσαι, quod non magis Graecum est quam verbum ἐπιμέλω pro ἐπιμέλωμαι sive ἐπιμελοῦμαι. Recentiores editores autem alterum ἀντεπιμελλῆσαι et ipsum parum Graecum esse rati ἀντιμελλῆσαι ediderunt, ut Bekk., Goell., Haack., Dind., Popp. Etenim Dind. ἀντεπιμελλῆσαι librariis ex praecedente ἀντεπιβουλεύσαι obrepsisse putat, ut lib. III. cap. 104. μητ' ἐναποθνήσκειν liber unus pro ἐντίκτειν habet. Etsi aliunde verbi ἀντεπιμέλλειν usum demonstrare non licet, tamen summus librorum MSS. consensus facit, ut eam ob causam hanc lectionem abjiciendam esse non putemus. Equidem Bloomf. auctoritate innisus ἀντεπιμέλλειν fortius esse quam ἀντιμέλλειν, illudque ob verbum antecedens ἀντεπιβουλεύσαι a scriptore consulto dictum esse potius judicaverim, quam inde librorum negligentia profectum. Solet enim Thuc. verbis compositis uti, etsi simplicia suffecerint. cf. II, 30. ἐπὶ τε Κεφαλληνίαν τὴν νῆσον προσπλεύσαντες προσηγάροντο ἄνευ μάχης, ubi Bekk. male ex duorum codicum auctoritate edidit πλεύσαντες. III, 98. ἐς τῆν ὕλην ἐσφερομένους, ubi Bekk. sine justa causa legendum suspicatur ἐκφερομένους. Maxime verba cum praepositione ἐπὶ composita videtur adamasse, quippe quae hostilis animi notionem plenius indicent. cf. II, 76. προσεπεξευρισκω. IV, 25. ἀντεπανάγομαι. IV, 33. ἀντεπιέναι. VII, 37. ἀντεπεξιέναι. IV, 72. ἀντεπεξελάννειν, ubi unus cod. exhibet ἀντεξελάννειν. IV, 130. ἀντεπεξερχεσθαι.

At longe major in reliquis verbis et distinguendis et interpretandis est inter homines doctos dissensio. Non repetam priorum interpretum explicationes, praesertim quum Popp. et Goell. exposuerint, quomodo alii aliter aut contra linguae Graecae leges aut contra totius loci sententiam erraverint. Popp. ipse Hermanni, qui omissio ἐπὶ jubet ἐκ τοῦ ὁμοίου ἐκείνοις εἶναι legi, rationem amplexus sic interpretatur: „Si enim aequae potentes essemus et ad insidias vicissim struendas et ad vicissim cunctandum in re quapiam, oportebat nos similes in agendo illis esse.“ Goell. sententiam, quae tali modo evadat, probans, tamen encliticum τί otiosum esse additamentum sibi persuasit, quod nemo ei concedet. Sive enim illud τί verbo ἀντεπιμελλῆσαι additur sive omittitur, inde nulla exorietur gravis offensus, quum totius loci eadem fere maneat sententia, nisi quod addito τί sententia magis in universum est dicta.

Quod autem Goell. in vitis libris omnibus praepositionem ἐπί, quamvis eam ex initio pronominis ἐκείνος facile nasci, vel ex sequentibus huc transferri potuisse Popp. observaverit, exterminari vetat, prudenter egit, minus vero in iis, quae ipse excogitavit, est probandus. Cum ei scriptor hoc dicere videatur: „Quid oportebat nos pari potentia et aequalibus viribus praeditos (ἐκ τοῦ ὁμοίου) contra eos ire? quid quum eos impetum in nos facientes propulsare potuissemus, ultro aggredi?“ proinde ἰέναι legendum esse conjicit, quod tanto facilius in εἶναι mutari poterit, quia statim verba similia ἐπ' ἡμῖν εἶναι sequantur. Cum autem, ut Popp. contra eum monuit, ἐπιέναι τινὶ vel ἰέναι ἐπὶ τινὰ frequentius sit, nihil facilius dicit mutatione ἐπ' ἐκείνους, quod in ἐκείνοις abierit, quia mox sequatur ἐπ' ἐκείνοις δὲ ὄντος. In his multa sunt, quae equidem non probaverim. Primum sententia, quam hoc loco Goell. postulat, minus apta est habenda. Mytilenaei id tantum agunt, ut defectionem suam justam esse ostendant, qua re ipsis in futurum tempus major fides sit apud Lacedaemonios. Quomodo igitur talem quaestionem possunt in medium proferre, ut dicant, non ultro se, si Atheniensibus pares essent, eos aggredi oportuisse, quod ne Athenienses quidem, qui opibus praepollebant, faciebant, sed tantum satis habebant, Mytilenaeis insidias struere et cunctando rebus suis consulere? Deinde falso, qua in re plerique interpretes lapsi sunt, ἐκ τοῦ ὁμοίου interpretatur aequalibus viribus praeditos, quae vis verbis ἐκ τοῦ ἴσου potius inest. In mutandis scriptoris verbis denique in explicationis suae gratiam audacius quam prudentius egit. Locutiones adverbiales autem ἐκ τοῦ ἴσου et ἐκ τοῦ ὁμοίου plane inter se differunt, illud mihi quidem videtur significare paribus viribus, hoc autem simili modo. Sic ἐκ τοῦ ἴσου τινὶ γίγνεσθαι (II, 3.) significat alicui parem fieri, quem locum Popp. male comparavit ad interpretanda vocabula ἐκ τοῦ ὁμοίου ἐκείνοις εἶναι (ita enim cum Hermanno ejecta praepositione ἐπὶ eum legi jubere intelleximus), quamvis ipse haec verba similes illis in agendo esse explicet. Praepositione ἐπὶ retenta verba ἐκ τοῦ ὁμοίου ἐπ' ἐκείνοις εἶναι explico simili modo adversus illos esse sive agere. Ut enim ἐκ τοῦ ἴσου τινὶ γίγνεσθαι explicandum erat alicui parem fieri sive esse, ita ἐκ τοῦ ὁμοίου τινὶ εἶναι interpretor alicui similem esse. Quod autem scriptor ἐπὶ praepositionem usurpavit, eam ob causam videtur fecisse, ut hostilis animi notio manifestius apparet, quam simplici dativo usurpato. Quae cum ita sint, sic Thucydidem scripsisse arbitror: εἰ γὰρ δυνατοὶ ἡμεῖς ἐκ τοῦ ἴσου καὶ ἀντεπιβουλεύσαι καὶ ἀντεπιμελλῆσαι τι, ἔδει ἡμᾶς ἐκ τοῦ ὁμοίου ἐπ' ἐκείνοις εἶναι, i. e. si enim possemus pares esse et ad insidias vicissim struendas et ad vicissim contra eos cunctandum in re quapiam, oportebat nos simili ratione adversus illos esse, sive similiter adversus illos agere.

III, 30. καὶ μὴ ἀποκνήσωμεν τὸν κίνδυνον, νομίσαντες οὐκ ἄλλο τι εἶναι τὸ * καινὸν * τοῦ πολέμου ἢ τὸ τοιοῦτον, ὃ εἴ τις στρατηγὸς ἐν τε αὐτῷ φηλάσσοιτο, καὶ τοῖς πολέμοις ἐνορῶν ἐπιχειροίη, πλεῖστ' ἂν ὀρθοῖτο.

Alii cod. MS. exhibent τὸ κενόν, plures τὸ καινόν. Jam veteres interpretes videntur alius aliud probasse. Schol. enim ad h. l. haec annotavit: τὸ καινόν οἱ μὲν διὰ διφθόγγον γράψαντες οὕτως ἐνόησαν, τὸ παρ' ἐλπίδα καὶ παρὰ δόξαν ποιοῦν ἐν τοῖς πολέμοις νικᾶν, τουτέστι τὸ ἐπιπεσεῖν ἀφυλάκτως τοῖς ἐχθροῖς· οἱ δὲ διὰ τοῦ ψιλοῦ γράψαντες οὕτως ἐξηγοῦνται, τὸ διακένον ἔργον τοῦ πολέμου. Male autem Schol., quem Bred. est secutus, τὸ κενόν explicat, hoc vocabulo id fere, quod nos die Blöfse des Krieges dicimus, significari putans. Aliter Cic. ad Att. V, 20. hoc vocabulum interpretatur, scribens: „Interim scis enim dici quaedam πανικά, dici etiam τὰ κενὰ τοῦ πολέμου, rumore adventus nostri et Cassio, qui Antiochiae tenebatur, amicus accessit, et Parthis timor injectus est.“ Quam explicationem veram esse, et ex comparatione scriptorum, qui hac formula utuntur, effici Goell. observavit et Coraes ad Heliod. Aethiop. p. 355, 25. pluribus exposuit, commutationem utriusque vocabuli inde repetens, quod utrumque justum praebet sensum. Recentiores interpretes omnes lectionem τὸ καινὸν τοῦ πολέμου, quod sit inexpectatum et necopinatum in bello, probaverunt, ut tamen τὸ κενόν hoc loco fere ineptum esse judicarent. At Teutiaplus id agit, ut Lacedaemoniis persuadeat, se Athenienses imparatos et incautos, quippe qui recens urbem ceperint, aggressuros esse, maxime mari, unde nullum hostem timeant, simulque spem esse, fore, ut

copiae pedestres eorum per totam urbem dispersae deprehendantur. Cujus consilii probandi causa Lacedaemonios et ad res, quae in bello soleant necopinato fieri, nec minus apte ad terrorem panicum, qui hostibus repentino impetu ab ea parte, unde tale quid minime expectaverint, injiciatur, respicere jubet. Qua in re τὰ καινὰ τοῦ πολέμου i. e. casus necopinatos belli et τὰ κενὰ τ. π. inanem sive panicum terrorem eodem fere sensu dici, facile intelligitur. Plerique enim homines docti, ut priorem lectionem praestare doceant, ita disputant, quasi τὰ καινὰ τ. π. verum terrorem hostibus injectum significant. At nonne etiam τὰ καινὰ, casus belli inopinati, sive inania sive vera sunt, inde potius possunt in bellis maximi esse momenti, quod inexpectatum, quam quod verum terrorem excitant. Cupidius igitur quam justius plures interpretes lectionem τὸ κενὸν τ. π. improbasse censeo. Praefero autem τὸ καινὸν τ. π. ob plurimorum codicum auctoritatem. Quaesiverunt praeterea, quid in pronomine relativo ὃ sit supplendum. Otiosa sane, ut libere dicam, quaestio. Pron. rel. ὃ non potest pertinere nisi ad pronomen antecedens τὸ τοιοῦτον, ita ut scriptor, quale τὸ καινὸν τ. π. illud dixerit, ipse videatur explicasse. Sic igitur totum locum interpretor: „Ac ne moremur impetum, putantes non aliud quid esse id, quod in bello necopinato fit, quam tale, quod si quis dux in se caverit et quo in hostibus animadverso aggressus sit, maximam utilitatem capiat.“ Quod denique Popp. φυλάσσεσθαι τι ἐν αὐτῷ pro φυλάσσεσθαι τι αὐτόν insolentiorum dicendi rationem esse dicit, non potest probari, nam ἐν αὐτῷ (an sich, an seiner Person) ita dicitur, ut verbis subsequentibus τοῖς πολεμίοις ἐνορῶν opponatur.

III, 31. ἄλλοι δὲ τινες τῶν ἀπ' Ἰωνίας φυγάδων καὶ οἱ Λέσβιοι ξυμπλέοντες παρήνουν, ἐπειδὴ τοῦτον τὸν κίνδυνον φοβεῖται, τῶν ἐν Ἰωνίᾳ πόλεων καταλαβεῖν τινα, ἢ Κύμην τὴν Αἰολίδα, ὅπως ἐκ πάλεως ὁρμώμενοι τὴν Ἰωνίαν ἀποστήσωσιν (ἐλπίδα δ' εἶναι οὐδενὶ γὰρ ἀκουσίως ἀφίχθαι) καὶ τὴν πρόσοδον ταύτην μεγίστην οὖσαν Ἀθηναίων ἢν ὑφέλωσι, καὶ ἅμα † ἢν ἐφορμῶσιν αὐτοῖς, δαπάνη σφίσι γίγνηται. †

Alii alias hoc de loco sententias in medium protulerunt, quas Popp. profundissime percenset. Ne autem ea, quae homines docti ad explicandum hunc locum disputaverunt, recquamus, praesertim quum quisque, qui diligentius eas interpretationes examinaverit, facile intelligat, nullam ab omni parte sufficere, id quod Popp. ipse profitetur, in Goelleri rationem, quam ed. alt. proposuit, inquiram. Is enim maxime in pronomine σφίσι se offendere dicit idque abesse vult, quod locum obscuret et glossa videatur, cum libri in loco ei assignando variant. Hoc igitur pronomine deleto ita interpretatur: „οὐδενὶ γὰρ ἀκουσίως ἀφίχθαι, καὶ τὴν πρόσοδον ταύτην μεγίστην οὖσαν Ἀθηναίων ἢν ὑφέλωσι, καὶ ἅμα, ἢν ἐφορμῶσιν Athenienses, αὐτοῖς (ipsis Atheniensibus, non Ionibus, qui adhuc Atheniensibus tributa pendendo sumtus praebuissent), δαπάνη γίγνηται h. e. nemine enim inter Iones invito Peloponnesios venisse, si et hos maximos redditus Atheniensium tollant, et simul, quum Athenienses se obsideant, Atheniensibus insuper ipsis sumtus faciendi sint.“ In his plura insunt, quae non possunt probari. Primum quod pronomen σφίσι, quod in omnibus libris legitur, Goell. abesse vult, temere videtur statuisse, etsi eo argumento, quod in nonnullis libris alio loco affertur, innititur, deinde tota sententia, quae tali modo existit, parum est apta. Scriptor manifesto duas affert causas, cur Peloponnesii nemine inter Iones invito venerint, primum quod Athenienses magnis illarum regionum redditibus privaturi sint, deinde, id quod ex Goelleri interpretatione efficitur, quod insuper ad illas regiones recuperandas Atheniensibus sumptus sint faciendi. Quae altera causa, cur Iones ad defectionem impellantur, nulla est, immo inepta videtur, quum Athenienses, si illis metuendum sit, ne maximis suis redditibus ea in terra priventur, non possint, quin omnibus viribus intentis eam terram recuperent, ea autem re Iones nihil adjuventur. Longe aptior sententia nobis existet, si Iones ab Atheniensibus defectores spes esse dicatur his duabus de causis, et quod Athenienses illius terrae redditibus spoliarentur, et quod Peloponnesiis sit, quo sumptibus in Ionum defectione faciendis sufficiant. Praeterea ratio, qua hunc locum interpungunt, mihi non probatur. Equidem verba ἐλπίδα δ' εἶναι... δαπάνη σφίσι γίγνηται pro parenthesi habeo, et πείσειν τε οἴεσθαι praegresso infinitivo

καταλαβεῖν annecti persuasum habeo. Formam ἐφορμῶσιν, quod apud Thuc. legitur, a verbo ἐφορμεῖν deducendum arbitror, quod saepissime a Thuc. usurpatum significat *in statione collocatum esse*, cum dativo autem constructum *adversus aliquem in statione collocatum esse*, sive *ex statione alicui insidari*. cf. Bremi ad Dem. Olynth. II, 7. Quod enim nonnulli ἐφορμῶσι deductum volunt a verbo ἐφορμᾶν, quod sit *ad defectionem impellere* aut adeo *impetum facere*, errant, nam ἐφορμᾶν pro ἐφορμᾶσθαι a Thucydide dictum esse perquam est incertum, et ἐφορμᾶν τινα non potest esse nisi *aliquem ad aggressionem, non ad defectionem impellere*. cf. Goell. ad h. l. et VI, 49. Accedit, quod Peloponnesii in statione collocati optime Ionum defectionem adjuvare posse putandi sunt. Dativus αὐτοῖς, qui ex librorum auctoritate genuina est habenda lectio, ad Athenienses pertinet, σφίσι autem ad Lacedaemonios est referendum, ita ut *δαπάνη μοι γίγνεται sit sumptus mihi suppeditat*. Totum locum igitur sic interpunctum: ἄλλοι δὲ τινες . . . ἀποστήσωσιν· (ἐλπίδα δ' εἶναι, οὐδενὶ γὰρ ἀκουσίως ἀφίχθαι, καὶ τὴν πρόσοδον . . . ἢν ὑπέλωσι, καὶ ἅμα ἢν ἐφορμῶσιν αὐτοῖς, δαπάνη σφίσι γίγνηται) πείσειν τε οἰεσθαι interpreto: „alii nonnulli eorum, qui ex Ionia exsulabant, et Lesbii simul navigantes suadebant, ut, cum illud periculum timeret, Ionicarum urbium aliquam occuparent vel Cymen Aeolicam, qua ex urbe prodeuntes (Lacedaemonii) Ioniam ad defectionem compellerent (spem autem esse, cum nullis [Atheniensium] sociis invitis advenissent, et si his redditibus, qui maximi essent Atheniensium, eos spoliarent, et simul si ipsis [Lacedaemoniis], in statione adversus eos [Athenienses] collocatis, sumptus suppeditaret (int. quo Iones in desciscendo adjuvantur), seque [Iones exules et Lesbios] arbitrari . . .

III, 37. οἱ δ' ἀπιστοῦντες τῇ ἐαυτῶν ξυνέσει . . . ὀρθοῦνται τὰ πλείω. † ὡς † οὖν χροὴ καὶ ἡμᾶς ποιοῦντας, μὴ δεινότητι καὶ ξυνέσεως ἀγῶνι ἐπαιρομένους παρὰ δόξαν τῷ ὑμετέρῳ πλήθει παραινέιν.

Plerique editores ὡς h. l. pro adverbio demonstrativo οὕτως habent, qua re cum accento scribunt. Qui usus particulae ὡς cum sit in pedestri oratione rarissimus, Popp. unius codicis auctoritate innitens ὡδ' recipere voluit. Goell. autem ὡς accentu carens, minore interpunctione antea posita, cum Fritzschio ad Lucian. p. 199. praefert, ita ut hic locus explicandus sit: „Illi autem suae peritiae diffidentes, . . . republicas plerumque recte administrant, quomodo nos quoque facientes, non dicendi facultate et solertiae contentione elatos, aliter quam sentimus suadere oportet.“ Quae interpretationis ratio, etsi non plane abjicienda est, tamen paulo durior est, quam ut omnibus locis possit aptari. Sic Plat. Protag. p. 338. A. simillime dicit: ὡς οὖν ποιήσετε, καὶ πείθεσθέ μοι ἡσβιδούχον καὶ ἐπιστάτην καὶ πρόταριν ἐλέσθαι, ὃς ἡμῖν φυλάξει τὸ μέτριον μῆκος τῶν λόγων ἐκατέρου, ubi ex addito οὖν intelligimus, re vera ὡς pro adverbio demonstrativo esse habendum. Saepius autem scriptores Attici antiquum illum usum, qui maxime apud Homerum obtinet, sibi concesserunt, si alterum ὡς sive ὡσπερ relativum praecedit, maxime vero in formulis καὶ ὡς. cf. Matth. p. 628. 5. Vig. p. 570. Similiter ὅς in formulis καὶ ὅς (cf. Thuc. I, 44. VIII, 51, 87.) et ἢ δ' ὅς pro demonstrativo usurpatur. Statuamus igitur, hic illic apud scriptores Atticos veteris illius usus, quo ὡς pro οὕτως usurpatur, exempla nonnulla inveniri, quae tamen ejusmodi sint, ut demonstrent, illum usum magis magisque obsolevisse.

IV, 14. καὶ ἐν τούτῳ κεκωλύσθαι ἐδόκει ἕκαστος, ᾧ μὴ † τινι † καὶ αὐτὸς ἔργῳ παροῆν.

Popp. collato II, 8. ἐν τούτῳ κεκωλύσθαι ἐδόκει ἕκαστῳ τὰ πράγματα, ᾧ μὴ τις αὐτὸς παρέσται mavult ᾧ μὴ τις. Male olim Haack. ob eadem verba hic quoque ἕκαστῳ scribendum esse conjecit, nunc autem, quod ἐδόκει putabat significet, ἕκαστος sollicitandum non esse fatetur. Etenim Popponi, ἐν τούτῳ — ᾧ μὴ τινι pro ᾧ τινι μὴ nec per se placet, nec ὅστις praecedente οὕτως a Thucydide videtur usurpari potuisse. Arn. autem interpretans ἕκαστος ἐδόκει κεκωλύσθαι τὸ ἔργον ᾧ τινὶ ἔργῳ μὴ καὶ αὐτὸς παροῆν putat ᾧ μὴ τινι a Thuc. ideo, quod εἰ μὴ τινι valeret, scribi potuisse. At tum ἐν τούτῳ, quod praecedat, plane redundat. Quas difficultates facile evitare possumus omnes, si dativum ἔργῳ non adverbialem habemus

locutionem, ut sit ex Goelleri interpretatione thätlich, nicht blofs als Zuschauer. Verum pertinet rel. ᾧ ad praegressum ἐν τούτῳ, ita ut ante ᾧ subintelligatur ἐν, et τινί referendum est ad voc. ἔργῳ, qui dativus a verbo παρῆν pendet. Sic igitur interpretor: „atque eo loco rem impediri putabat quisque, quo loco non ipse quoque operi cuidam interesset.“ Nonnunquam enim τις nomini, ad quod pertinet, praepositur. cf. Matth. p. 487. 4. Stallb. ad Plat. de rep. p. 358. A. Thuc. IV, 96. οἱ δὲ ὡς ἕκαστοὶ τινα εἶχον ἐλπίδα σωτηρίας. VII, 75 ἔχουσά τινα ὁμῶς τὸ μετὰ πολλῶν κούφισιν.

IV, 19. νομιζομένην τε τὰς μεγάλας ἐχθρας μάλιστα ἂν διαλύεσθαι βεβαίως, οὐκ ἦν ἀνταμυνόμενος τις, καὶ ἐπικρατήσας τὰ πλέω τοῦ πολέμου, κατ' ἀνάγκην ὄρκοις ἐγκαταλαμβάνων, μὴ ἀπὸ τοῦ ἴσου ξυμβῆ, ἀλλ' ἦν, παρὸν τὸ αὐτὸ δρᾶσαι, πρὸς τὸ ἐπιεικὲς καὶ ἀρετῇ αὐτὸ νικήσας, παρὰ ἃ προσεδέχετο, μητρίως ξυναλλαγῆ.

Verba τὸ αὐτὸ pertinent ad totam sententiam praegressam, ita ut μὴ ἀπὸ τοῦ ἴσου ξυμβῆναι sit supplendum, non, ut Goell. vult, solum verbum ξυμβῆναι. Pronomen αὐτὸ redit ad verba τὸ παρῆναι τὸ αὐτὸ δρᾶσαι, ut ἀρετῇ αὐτὸ νικήσας sit explicandum: „ob animi virtutem illam facultatem pacis haud aequo modo componendae comprimens.“ Verbum προσδέχεσθαι denique non est opus cum Popp. vi passiva explicari, cum eadem facilitate atque in participio ἐγκαταλαμβάνων nomen τοῦ ἐχθροῦ potuerit omitti. Sic igitur hunc locum commate post νικήσας deleto converto: „putamus graves inimicitias sincerissime dissolvi posse, non si quis bellum illatum propulsans et victor plurima belli per vim in tuto collocans iniquis conditionibus pacem facit, sed si, cum illud ipsum facere liceat, secundum aequitatem et ob animi virtutem illa occasione non usus praeter ea, quae exspectabat (int. hostis), moderate cum eo conciliatur.“ Plane eandem esse scholiastae interpretationem apparet, quum scribit: ἀλλ' ἐὰν δυνάμενος αὐτὰ ταῦτα πείσαι τὸν ἠττηθέντα τὰ ἄδικα καὶ πλεονεκτικὰ συνθέσθαι, μηδὲν τούτων ἀπαιτήσῃ αὐτόν, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἴσου διαλλαγῆ, καὶ τῇ φιλάνθρωπιᾳ αὐτὸ τὸ πλεονεκτικὸν κατακρατήσῃ παρὰ τὴν ἐλπίδα τοῦ κερρατημένου. Conjungit igitur schol. verba παρὰ ἃ προσεδέχετο cum part. νικήσας, quod sane aptiorem videtur sententiam efficere, quum id maxime hosti inexpectatum evenire necesse sit, quod adversarius in ipsum ejusmodi benignitate et humanitate utatur, unde demum fieri potest, ut moderate cum eo concilietur. Plane aliam eamque contortam interpretandi rationem, ut libere quid sentiam dicam, proposuit Goell.

IV, 25, τῇ δ' ὑστεραία ταῖς μὲν ναυσὶ περιπεύσαντες κατὰ τὸν Ἀκείνην ποταμὸν, τὴν γῆν ἐδήρουν, τῷ δὲ πεζῷ πρὸς τὴν πόλιν † ἐξέβαλλον †.

„Ἐξβάλλειν Thucydidi nunquam significat adoriri urbem, sed irruptionem facere in terram, nec unquam cum πρὸς conjungitur. Scribe igitur προσέβαλλον, quae verba jam II, 79. in libris confusa vidimus.“ Popp. Quod de usu verbi ἐξβάλλειν vir doctissimus observavit, verissime dixit, attamen hoc loco nihil videtur mutandum esse, verbum ἐξβάλλειν enim eadem, qua semper usurpatur, vi per se est intelligendum, et quod additur πρὸς τὴν πόλιν regionem indicat, qua Messenii irruptionem in agrum Naxiorum fecerint. Idem usus particulae πρὸς est in formulis usitatissimis πρὸς μεσημβρίαν, πρὸς ἑσπέραν. cf. Thuc. IV, 31. τὸ πρὸς τὴν Πύλον. Verba τῷ δὲ πεζῷ πρὸς τὴν πόλιν ἐξέβαλλον igitur sic in Latinum converte: „pedestri exercitu autem ad urbem versus irruptionem faciebant.“ Quum enim altero die Messenii praeter fluvium navigantes terram vastarent, exercitus eorum pedester nondum videtur ipsam urbem oppugnasse, sed tantum ad urbem versus irruptionem fecisse. Quod autem Messenii τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τευχήρεις ποιήσαντες τοὺς Ναξίους dicuntur, inde non sunt putandi urbem re vera jam oppugnasse, sed his verbis nihil aliud continetur, quam Naxios, impetu repentino a Messeniis facto, ex agris metu percussos in urbem confugisse.

IV, 27. ὁρῶντες τῶν τε ἐπιτηδείων, τὴν περὶ τὴν Πελοπόννησον κομιδὴν ἀδύνατον, ἐσομένην ἅμα ἐν χωρίῳ ἐρήμῳ, καὶ οὐδ' ἐν θέρει οἰοὶ τε ὄντες ἰκανὰ περιπέμπειν, τὸν τε ἐφορμον, χωρίων ἀλιμένων ὄντων, οὐκ ἐσόμενον, ἀλλ' ἢ ...

Haec parum recte Goell. intellexit, dum in his participium ὄντες ex ὁρῶντες pendere scribit, ita ut post ὁρῶντες primo participia ἐσομένην — ὄντες — ἐσόμενον, deinde infini-

tivi περιγενησεσθαι — ἐκπλεύσεσθαι sequantur. Quamobrem verba ἅμα ἐν χωρίῳ ἐρήμῳ quomodo cum reliquis cohaerent, non poterat intelligere. At participium ὄντες plane non pendet ex ὄρῳντες, sed cum verbis ἅμα ἐν χωρίῳ ἐρήμῳ arctissime conjunctum causam indicat, cur Athenienses viderint, omnia ad victum necessaria multo minus hiberno tempore potuisse subvehi. Commate igitur post ἐσομένην posito, ut verba ἅμα ἐν χωρίῳ ἐρήμῳ cum participio ὄντες conjungantur, haec est verborum constructio: ὄρῳντες τῶν τε . . . ἐσομένην, τὸν τε . . . ἐσόμενον, ἀλλ' ἢ . . . Haec igitur Thuc. dicit: „consilii inopes erant et verebantur, ne hiems praesidium suum opprimeret, quia videbant, neque ullam facultatem res ad victum necessarias circa Peloponnesum subvehendi fore, simul quum in loco deserto etiam ne aestate quidem (καὶ οὐδ') satis commeatum mittere possent, neque stationem, cum loca essent importuosa, navibus esse futuram, sed . . . Sic ἅμα saepe ante participia usurpatur. cf. II, 89, IV, 28. Rost. gr. Gr. p. 130. ann. 3. Arn. quoque, quem Popp. non satis apte refellere est conatus, verba ἅμα ἐν . . . περιπέμπειν lineolis a reliqua oratione disjunct.

IV, 48. ζῶντο γὰρ αὐτοὺς * μεταστήσουτας * ποι ἄλλοις ἄγειν.

